Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

suam . non potest meus discipulus esse . Et reliqua .

cxii OMIL BEATI GREGORII PP DE EADEM LECTIONE .

SI CONSIDEREmus fratres karissimi . quae & quanta sunt quae nobis promittuntur in caelis . uilescunt animo omnia quae habentur in terris .

Terrena namque substantia supernae felicitati comparata . pondus est non subsidium . Temporalis uita . aeternae uitae comparata . mors est potius dicenda quam uita . Ipse enim cotidianus defectus corruptionis . quid est aliud quam quaedam prolixitas mortis . Quae autem lingua dicere . uel quis intellectus capere sufficit . illa supernae ciuitatis quanta sint gaudia . Angelorum choris interesse . cum beatis simis spiritibus gloriae conditoris adsistere . praesentem dei uultum cernere . incircumscriptum lumen uidere . nullo mortis metu affici . incorruptionis perpetuae munere laetari .

Sed ad haec audita inardescit animus . iamque illic cupit adsistere ubi se sperat sine fine gaudere .

Sed ad magna premia perueniri non potest . nisi per magnos labores . Unde & paulus egregius praedicator dicit . Non coronabitur . nisi qui legitime certauerit . Delectat igitur mentem magnitudo premiorum . sed non deterreat certamen laborum .

Unde ad se uenientibus ueritas dicit . Si quis uenit ad me & non odit patrem suum . & matrem . & uxorem . & filios . & fratres . & sorores . adhuc autem & animam suam . non potest meus esse discipulus . Sed percunctari lib& . quomodo parentes . & carnaliter propinquos praecipimur odisse . qui iubemur & inimicos diligere .

Et certe de uxore ueritas dicit . Quod deus iunxit . homo non separ& .

Et paulus ait . Viri diligite uxores uestras . sicut & christus ecclesiam .

Ecce discipulus uxorem diligendam praedicat . cum magister dicat . qui uxorem non odit . non potest esse meus discipulus . Numquid aliud iudex nuntiat . aliud praeco clamat . An simul & odisse possumus & diligere . Sed si uim praecepti perpendimus . utrumque agere per discretionem ualemus . ut eos qui nobis carnis cognatione coniuncti sunt . & quos proximos nouimus diligamus . & quos aduersarios in uia dei patimur . odiendo

&fugiendo nesciamus.
Quasi enim per odium diligitur
qui carnaliter sapiens. dum pra
ua nobis ingerit non oditur.
Ut autem dn̄s demonstrar& hoc
erga proximos odium. non de in
affectione procedere. sed de cari
tate. addidit protinus dicens.
Adhuc autem & animam suam.
Odisse itaque praecipimur proxi
mos. odisse & animam nostram.
Constat ergo quia amando deb&
odisse proximum. qui sic eum
odit sicut semet ipsum.
Tunc & enim bene nr̄am animam
odimus. cum eius carnalibus
desideriis non adquiescimus. cum
eius appetitum frangimus. ei
us uoluptatibus reluctamur.
Quae ergo contempta ad melius
ducitur. quasi per odium ama
tur. Sic sic nimirum exhibere
proximis nostri odii discretio
nem debemus. ut in eis & diliga
mus quod sunt. & habeamus
odio quod in dī nobis itinere ob
sistunt. Certe dum paulus
hierosolimam perger&. prophe
ta agabus zonam illius adpre
hendit. suisque pedibus alliga
uit dicens. Virum cuius haec
zona est. sic alligabunt in hieru
salem. Sed is qui animam su
am perfecte oderat. dicebat.

Ego non solum alligari. sed & mori
in hierusalem paratus sum pro
nomine dn̄i ih̄u. nec facio animam
meam preciosiorem quam me.
Ecce quomodo amando animam
suam oderat. immo odiens a
mabat. quam cupiebat pro ih̄u
morti tradere ut hanc ad uitam
de peccati morte suscitar&.
Ab hac discretione ergo odii nr̄i
trahamus formam ad odium
proximi. Am&ur quilib&
in hoc mundo aduersarius. sed
in uia dī contrarius non am&ur
& iam propinquus. Quis
quis enim iam aeterna concu
piscit. in ea quam adgreditur
causa dī extra patrem. extra ma
trem. extra uxorem. extra filios. extra
cognatos. extra sem& ipsum fieri
deb&. ut eo uerius cognoscat
dm̄. quo in eius causa neminem
recognoscit. Multum namq;
est quod carnales affectus in
tentionem mentis diuerberant.
eiusque aciem obscurant. quos
tamen nequaquam noxios pa
timur. si eos premendo teneamus.
Amandi ergo sunt proximi. in
pendenda caritas omnibus &
propinquis & extraneis. nec tamen
per eadem caritate a dī amore
flectendum. Scimus autem
cum de terra philistim arca dn̄i

ad terram israhelitarum redir&
plaustro super inposita est. &
uaccae plaustro subiunctae sunt
quae faetę fuisse memorantur.
quarum filios clauserunt domi.,
Et scriptum est; ibant autem in
directum uaccae per uiam quae
ducit b&hsamis., Uno itinere
gradiebantur pergentes & mu
gientes. & non declinabant ne
que ad dexteram neque ad si
nistram., Qui igitur uaccae
nisi fideles quosque in ecclesia
designant. qui dum sacri elo
quii praecepta considerant.
quasi super inpositam dni ar
cam portant., De quibus hoc est
&iam notandum quod fuisse
faetę memorantur., Quia ple
rique qui in uia di intrinsecus
positi. foris carnalibus affecti
bus ligantur non declinant
a recto itinere. quia arcam di
portant in mente., Ecce &
enim uaccae b&hsamis pergunt.,
B&hsamis quippe dicitur domus
solis. Et propheta ait.,
Uobis autem qui timetis dnm.
orietur sol iustitiae., Si igi
tur ad. eterni solis habitatio
nem tendimus. dignum profec
to est. ut de di itinere pro carnali
bus affectibus non declinemus.,
Tota enim uirtute pensandum est

quod uaccae di plaustro suppo
sitae pergunt & gemunt. dant
ab intimis mugitus. & tamen
de itinere non deflectunt gressus.,
Sic nimirum praedicatores di. sic
fideles quique esse intra scam
ecclesiam debent. ut con pati
antur proximis per caritatem.
& tamen de uia di non exorbitent
per compassionem., Hoc ipsum
uero animae odium qualiter
exhiberi debeat. ueritas sub
dendo manifestat dicens.,
Qui non baiulat crucem suam &
uenit post me. non potest meus
esse discipulus., Crux quippe
a cruciatu dicitur., Et duob;
modis crucem dni baiulamus.
cum aut per abstinentiam car
nem afficimus. aut per con
passionem proximi necessita
tem illius nostram putamus.,
Qui enim dolorem exhib&in ali
ena necessitate crucem portat
in mente., Sciendum uero est
quod sunt nonnulli qui carnis
abstinentiam non pro do sed
pro inani gloria exhibent. &
sunt plerique qui compassio
nem proximo non spiritaliter
sed carnaliter impendunt. ut ei
non ad uirtutem sed quasi mi
serendo ad culpas faueant.,
Hi itaque crucem quidem uidentur

ferre · ſed dnm non ſequuntur ·,
Vnde recte haec eadem ueritaſ
dicit ·, Qui non baiulat crucem
ſuam & uenit poſt me · non po
teſt meuſ diſcipuluſ eſſe ·,
Baiulare & enim crucem & poſt
dnm ire eſt · uel carniſ abſtinen
tiam uel con paſſionem proxi
mo pro ſtudio aeternae intenti
oniſ exhibere ·· Nam quiſ
quiſ haec pro temporali inten
tione exhib& · crucem quidem
baiulat · ſed ire poſt dnm
recuſat ·, Quia uero ſublimia
praecepta data ſunt · protinuſ
comparatio aedificandae ſubli
mitatiſ adiungitur cum dicitur ·,
Quiſ enim ex uobiſ uolenſ tur
rem aedificare · non priuſ ſe
denſ computat ſumptuſ qui
neceſſarii ſunt · ſi habeat adper
ficiendum · ne poſt ea quam po
ſuerit fundamentum & non po
tuerit perficere · omneſ qui
uiderint incipiant inludere
ei dicenteſ ·, Quia hic homo
coepit aedificare & non potuit
conſummare ·, Omne quod
agimuſ praeuenire per ſtudium
conſiderationiſ debemuſ ·,
Ecce enim iuxta ueritatiſ uocem ·
qui turrem aedificat · priuſ
aedificii ſumptuſ parat ·,
Si igitur humilitatiſ turrem
conſtruere cupimuſ · priuſ noſ
praeparare ad aduerſa huiuſ
ſaeculi debemuſ ·, Hoc enim
inter terrenum & caeleſte ae
dificium diſtat · quod terrenum
aedificium expenſaſ colligen
do conſtruitur · caeleſte uero
aedificium expenſaſ diſpergendo ·,
Ad illud ſumptuſ facimuſ ſi non
habita colligamuſ · ad iſtud
ſumptuſ facimuſ ſi & habita
relinquamuſ ·, Iſtoſ ſumptuſ
diueſ ille habere non potuit ·
qui multaſ poſſeſſioneſ poſſidenſ
magiſtrum requiſiuit dicenſ ·,
Magiſter bonae quid facienſ uitam
aeternam poſſidebo ·, Qui
cum praecepta relinquendi om
nia audiſſ& triſtiſ abſceſſit ·
& inde eſt anguſtatuſ in mente ·
unde foriſ fuit latior in poſſeſ
ſione ·, Quia enim in hac uita
amabat ſumptuſ celſitudiniſ
tendendo ad aeternam patri
am habere noluit ſumptuſ hu
militatiſ ·, Conſiderandum uero
quod dicitur · omneſ qui uiderint
incipiant inludere ei ·, Quia
iuxta pauli uocem ſpectaculum
facti ſumuſ · mundo angeliſ &
hominibuſ ·, Et in omne quod
agimuſ conſiderare occultoſ
noſtroſ aduerſarioſ debemuſ ·
qui ſemper noſtriſ operibuſ in

ſiſtunt · ſemper ex nr̄o defectu
gratulantur. Quoſ propheta
intuens ait. Ds meus in te confi
do non erubeſcam. Neque irri
deant me inimici mei.
In bonis enim operibus intenti ·
niſi contra malignos ſp̄s ſollicite
uigilemus · ipſos irriſores pati
mur quos ad malum perſuaſo
res habemus. Sed quia de con
ſtruendo aedificio comparatio
data eſt · nunc ex minori ad ma
ius ſimilitudo ſubditur · ut ex re
bus minimis maiora penſentur.
Nam ſequitur. Aut quis rex itu
rus committere bellum aduer
ſus alium regem · nonne ſedens
prius cogitat ſi poſſit cum decem
milibus occurrere ei qui cum ui
ginti milibus uenit ad ſe.
Alioquin adhuc illo longe agente
mittens rogat ea quae pacis ſunt.
Rex contra regem ex aequo uenit
ad proelium · & tamen ſi ſe perpen
dit non poſſe ſufficere · legatio
nem mittit & ea quae pacis ſunt
poſtulat. Quibus ergo nos
lacrimis ſperare ueniam debemus ·
qui in illo tremendo examine
cum rege noſtro ex aequo ad iu
dicium non uenimus. Quos in
mirum conditio infirmitas &
cauſa inferiores exhib&.
Sed fortaſſe iam mali operis cul
pas abſcidimus · iam praua quaeq;
exterius declinamus · numquid
ad reddendam rationem cogita
tionis noſtrae ſufficimus.
Nam cum uiginti milibus uenire
dicitur · is contra quem minime
ſufficit iſte qui cum decem mili
bus uenit. Decem milia quip
pe ad uiginti milia ſimplum ad
duplum ſunt. Nos autem ſi mul
tum proficimus · uix exteriora
nr̄a opera in rectitudine ſerua
mus. Nam & ſi iam luxuria car
nis abſciſa eſt · tamen adhuc a cor
de funditus abſciſa non eſt.
Ille autem qui iudicaturus uenit
exteriora ſimul & interiora iu
dicat · facta pariter & cogitatio
nes penſat. Cum duplo ergo
exercitu contra ſimplum uenit ·
qui nos uix in ſolo opere prepara
tos ſimul de opere & cogitatione
diſcutit. Quid ergo agendum
eſt fratres · niſi ut dum nos cum ſim
plo exercitu contra duplum illi
us ſufficere non poſſe conſpicimus ·
dum adhuc longe eſt legationem
mittamus · rogemus ea quae pa
cis ſunt. Longe enim eſſe dici
tur · quia adhuc preſens per iudi
cium non uidetur. Mittamus
ad hunc legationem lacrimas
noſtras · mittamus miſericordiae
opera. Mactemus in ara eius

hoſtias placationis. cognoſcamus
nos cum eo in iudicio non poſſe con
tendere. Penſemus uirtutem eius
fortitudinis. rogemus ea quae pa
cis ſunt. Haec eſt noſtra legatio
quae regem uenientem placat.
Penſate fratres quam benignum ſit.
quod is qui ſuo aduentu ual&
opprimere. tardat uenire.
Mittamus ad hunc ut diximus lega
tionem noſtram. flendo. tribu
endo. ſacras hoſtias offerendo.
Singulariter namque abſolutio
nem nr̄am. oblata cum lacrimis
& benignitate mentis ſacri alta
ris hoſtia ſuffragatur. quia is
qui in ſe ſurgens a mortuis iam
non moritur. adhuc per hanc in ſuo
myſterio pro nobis iterum patitur.
Nam quotiens ei hoſtiam ſuae paſ
ſionis offerimus. totiens nobis
ad abſolutionem nr̄am paſſionē illius
reparamur. Multos ut arbitror
ur̄m fratres k̄mi contigit noſſe
hoc quod uolo ad memoriam
ueſtram narrando reuocare.
Non longe ann̄is feſtus temporibus
factum. quod quidam ab hoſti
bus captus longe tranſductus eſt.
Cumque diu teneretur in uincu
lis eum uxor ſua cum ex eadem
captiuitate non reciper&.
extinctum putauit. Pro quo
iam uelut mortuo hoſtias eb

domadibus ſingulis curabat of
ferre. Cuius totiens uincula
ſoluebantur in captiuitate.
quotiens ab eius coniuge obla
tae fuiſſent hoſtiae pro animae
eius abſolutione. Nam longa
poſt tempora reuerſus. admi
rans ualde ſuae indicauit uxori
quod diebus ceſtis ebdomadib;
ſingulis eius uincula ſoluebãn
tur. Quos uidelic& dies eius
uxor atq; horas diſcutiens. tunc
eum recognouit abſolutum. cum
pro eo ſacrificium meminerat
oblatum. Hinc ergo fratres
k̄mi. hinc certa conſideratione
colligite. oblata a nobis ſacra
hoſtia quantum in nobis ſoluere
ualeat ligaturam cordis. ſi obla
ta ab altero. potuit in altero ſol
uere uincula corporis.
Multi ur̄m fratres k̄mi caſſium
narnienſis urbis ep̄m nouerunt.
cui mos erat cotidianas dō hoſti
as offerre. ita ut paene nullus
dies uitae ei abſcedere&. quo non
omnipotenti dn̄o hoſtiam placa
tionis immolar&. Cui cum
ſacrificio ualde &iam concorda
bat uita. Nam cuncta quae
habebat in elemoſinis tribuens.
cum ad horam offerendi ſacrificii
ueniſſ&. uelut totus in lacri
mis defluens ſemet ipſum cum

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

magna cordis contritione mac
tabat. Cuius & uitam & exi
tum a quodam uenerabilis ui
tae diacono qui ab eo fuerat
nutritus referente cognoui.

Aiebat enim quod quadam nocte
eius presbitero per uisum dns
adstitit dicens. Vade & dic
epo. Age quod agis. operare
quod operaris. non cess& pes tuus.
non cess& manus tua natale a
postolorum uenies ad me & re
tribuo tibi mercedem tuam.

Surrexit presbiter sed quia e uicino
apostolorum natalicius dies in
minebat. tam propinqui & itus
diem epo nuntiare pertimuit.

Alia nocte dns redit eiusque in
oboedientiam uehementer in
crepauit. atque eadem iussionis
suae uerba retexuit. Tunc
prbr surrexit ut perger&. sed
rursus infirmitas cordis impe
dimento facta est indicandae
reuelationis. ad ammonitio
nem quoque iteratae iussionis
obduruit pergere. & quae uiderat
manifestare neglexit.

Sed quia magnam mansu&udi
nem contemptae gratiae ma
ior se quis ol& ira uindictae.
uisione tertia dns apparens
iam uerbis addidit uerbera.
& tam districta caedae macta
tus est. ut in eo duritiam cordis
emollirent uulnera corporis.

Surrexit ergo eruditus ex uerbe
re. perrexit ad epm. eumque
iam ex more iuxta beati iuuena
lis martiris sepulchrum ad offe
rendum sacrificium consistentem
repperit. secretum a circumstan
tibus petiit. seque eius pedibus
strauit. Cumque eum ubertim
flentem eps uix ad se leuare po
tuiss& lacrimarum causas cog
noscere studuit. Ille uero re
laturus ordinem uisionis prius
uestimento & humeris deuoluto
detexit. plagas corporis ut ita
dicam testes ueritatis & culpae
monstrauit. Quanta animad
uersione districtionis membra
illius. accepta uerbera liuore
inflicto sulcauerant. Quae
mox ut eps uidit exhorruit.
& quis sibi talia facere presump
siss&. cum magna obstupe facti
onis uocibus inquisiuit.

At ille respondit. haec se pro ipso
fuisse perpessum. Excreuit
cum terrore ammiratio. sed nul
las iam prb inquisitioni eius
moras adiciens. secretum reue
lationis aperuit. eique iussionis
dominicae per ea quae audierat
uerba narrauit dicens. Age
quod agis. operare quod operaris.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

non cess& manus tua · non cess&
pes tuus. Natale apostolorum
uenies ad me & retribuo tibi mer
cedem tuam. Quibus auditis
eps in oratione se cum magna cor
dis contritione prostrauit · & qui
oblaturus sacrificium ad horam
tertiam uenerat · hoc pro exten
sae orationis magnitudine adho
ram nonam usque protelauit.
Atque ex illo iam die magis ma
gisque ei auctasunt lucra pie
tatis · factusque est tam fortis in
opere quam certus ex munere.
Quippe qui eum cui ipse debitor fue
rat · ex promissione iam coeperat
habere debitorem. Huic au
tem consuetudo fuerat · annis sin
gulis natalicio apostolorum die
romam uenire · iamque & hac
reuelatione suspectus uenire
iuxta morem noluit. Eodem
ergo tempore sollicitus fuit · se
cundo quoque anno uel tertio in
mortis suae expectatione suspen
sus · quarto quintoque & sexto si
militer. Qui desperare iam de
ueritate reuelationis poterat · si
uerbis fidem uerbera non fecissent.
Cum ecce anno septimo usq; ad ex
pectati natalis sacras uigilias
incolomis peruenit. Sed lenis
hunc in uigiliis calor adtigit · atq;
ipso die natalicio filiis suis respec
tantibus missarum sollemnia
implere se posse recusauit.
Illi uero qui ad eius erant pariter
egressionem suspecti · simul ad
eum omnes uenerunt · sese un a
nimiter adstringentes · ut die eo
dem nequaquam adquiescerent
missarum sollemnia celebrare ·
nisi pro eis apud dnm isdem antistes
suus intercessor acceder&.
Tunc ille conpulsus in episcopii ora
torio missas fecit · & manu sua
corpus dominicum pacemque
omnibus tribuit. Qui cuncto
ministerio oblati sacrificii per
acto ad lectulum redit · Ibique
iacens dum sacerdotes suos acmi
nistros circum stetisse cerner& ·
quasi uale ultimum dicens · de
seruando eos uinculo caritatis
ammonebat · & quanta debuis
sent concordia inter se uniri pre
dicabat. Cum subito inter ipsa
scae exhortationis uerba uoce ter
ribili clamauit dicens. Hora est.
Moxque adsistentibus ipse suis ma
nibus linteum dedit · quod ex more
morientium sibi contra faciem
tenderetur. Quo tenso spm emi
sit. Sicque sca illa anima ad
gaudia aeterna perueniens · a car
nis corruptione soluta est.
Quem fratres kmi [illegible] quem
uir iste in morte sua imitatus est.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

nisi eum quem inuita sua fuerat
contemplatur. Dicens enim.
hora est. de corpore exiit.
Quia & ubi peractis omnibus cum
dixiss& consummatū est. incli
nato capite tradidit spm.
Quod igitur dns fecit ex potestate
hoc egit famulus ex uocatione.
Ecce cotidianae hostiae illa cum
elemosinis & lacrimis missa lega
tio. quantum cum rege uenien
te gratiae pacem fecit.
Relinquat ergo omnia qui potest.
qui autem relinquere omnia non
potest cum adhuc rex longe est.
legationem mittat lacrimarum.
elemosinarum. hostiarum mune
ra offerat. Vult enim placari
precibus. qui scit quia postari
non possit iratus. Quod adhuc
moram facit uenire. legationem
pacis sustin&. Veniss& iam
namque si uell&. & cunctos suos
aduersarios trucidar&.
Sed & quam terribilis ueniat in
dicat. & tamen aduenien dum
tardat. quia non uult inuenire
quos puniat. Reatum nobis
contemptus nostri denuntiat
dicens. Si ergo omnis qui non
renuntiat omnibus quae pos
sidet non potest meus dis
cipu lus esse. Et tamen
sperandae salutis remedium
confest. quia qui per iram non
potest ferri. per postulatae pacis
uult legationem placari.
Lauate ergo frs kmi lacrimis ma
culas peccatorum. elemosinis ter
gite. sacris hostiis expiate.
Nolite possidere per desiderium.
quae adhuc per usum minime
reliquistis. Spem in solo redemp
tore figite. ad aeternam patriam
mente transite. Si enim nihil
in hoc mundo amando possidetis.
& iam possidendo cuncta reli
quistis. Ipse nobis gaudia desi
derata concedat. qui nobis ae
ternae pacis remedia contulit.
ihs xps dns noster. qui uiuit & reg
nat cum patre in unitate sps sci
ds per omnia saecula saeculorum. Am

INNT PL VR MR MR

cxiii SERMO BEATI AUGUSTI
NI EPISCOPI.

PSALMUS QUI
cantatur dno. uide
tur scis martyrib;
conuenire. Sed si
membra xpi sumus sicut
esse debemus. ad omnes nos
pertinere intellegamus.
Qui seminant in lacrimis in
gaudio metent. euntes ibant
& flebant mittentes semina
sua. uenientes autem uenient